



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XXV. Der Rath zu Werben errichtet die heilige Geist-Kapelle und verpflichtet den Johanniter-Orden durch einen seiner Brüder die tägliche Frühmesse darin halten zu lassen, am 8. März 1313.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

XXV. Der Rath zu Werben errichtet die heilige Geist-Kapelle und verpflichtet den Johanniter-Orden durch einen seiner Brüder die tägliche Frühmesse darin halten zu lassen, am 8. März 1313.

Nos Consules vniuersi ciuitatis Werben — notum esse cupimus — quod nos ciues ciuitatis predictae licenciam petiuimus a magistro fratre helperico dicto de rudincheym, priore sacre domus hosp. s. Joh. Jerf. per alemanniam, ut capellam cum domo possemus in predicta ciuitate in honorem sancti spiritus nobis licite comparare. Huic petitioni idem prior acquieuit: ob id nos ciues iam dicte ciuitatis in salutem nostrarum animarum, tam presenciam quam predecessorum ac successorum nostrorum eidem ordini videlicet s. Joh. Jerof. contulimus centum marcas condicione tali mediante, ut perpetue qualibet die vna missa in ipsa capella ab vno dicti ordinis fratre teneatur secundum horas subsequentes videlicet tempore hyemali primo diluculo, tempore uero estatis infra matutinas hec predicta missa decantetur, quibusdam tamen festiuitatibus inde demptis, videlicet festo pasche, pentecostes natiuitatis domini cum tribus diebus proximis sequentibus ista festa etc. — Insuper ne quis error seu suspicio de predicta pecunia uidelicet C. marcis oriatur cupimus enodare, quod LX marcas eiusdem pecunie ipsi fratres iubente magistro iam pretacto expenderunt pro vno manso in Wlveswinkel, quem ad usus domus scilicet werben reemerunt, qui prius a domo iam dicta uenditus fuit pro totidem denariis eidem domui penuria incumbente, residuas uero XL^{ta} marcas fratres sepe tacti ordinis expenderunt pro eiusdem domus solutione debitorum. Igitur ut omnis error seu controuersia inter fratres parte ex vna et nos ciues predictae ciuitatis parte ex altera plenius euitetur, placitis utriusque partis ordinauimus, ut omnis elemosina ad truncum eiusdem capelle posita, qui truncus duplici fera feratus, quarum ferarum vnā clauem plebanus aliam uero nos consules obseruemus, uerum eciam elemosina in testamentis legata uel in tabula oblata, equaliter cum plebano diuidatur. — Acta sunt hec presentibus uiris ydoneis in dote Werben scilicet fratre gheuehardo de Wantfleue, fratre J. de briceke plebano et fratre henrico de kare et capellano magistri fratre euerardo et fratre her. de rumrode, Jacobo de posewalk, henrico clementis et Boldewino, Henrico de wentmarke, petro de posewalk, volperto de snakenborch, ludekino druckescers, qui tunc temporis consules eiusdem ciuitatis exitebant. Dat. anno dom. M^o. CCCXIII^o. VIII^o. id. Marcii.

XXVI. Die Herzogin Anna von Breslau stiftet eine tägliche Messe für ihren verstorbenen Gemahl den Markgrafen Hermann bei den Johannitern zu Werben, am 25. Juli 1313.

— Nos anna, dei gracia wratizlauenensis ducissa, quondam Brandenburgensis Marchionissa — pro salute animarum Marchionis hermanni principis iuncti, quondam thori nostri consortis, felicis memorie, progenitorum quoque suorum ac nostrorum, Trium quartalium agrorum, quos iacobus de Posewalck, in Werben ciuis, noster dilectus et prouidus, sua pecunia comparauit in villa Clince sitorum proprietatem donauimus et per presentes donamus, filii nostri karissimi, domini woldemari, Brand. marchionis, prncipis iuncti, voluntate Nichilominus accedente, Religiosis uiris fratribus sancti Johannis domus hospitalis in Werben iusto proprietatis titulo ipsos agros perpetuis Temporibus libere possidendos, Renunciantes omnibus iuribus, precariis, seruitiis et aliis quibuscumque angariis, que nobis et nostris successoribus in posterum cedere poterint de Eisdem. Pro quo predicti fratres vnā missam diebus singulis in perpetuum seruabunt et seruare debent nullo die obmisso pro salute animarum omnium predictorum — Presentibus famosis et strenuis Militibus uidelicet domino